



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. 2. An penitus fuerit impossibile, vt Verbum assumeret naturam cum  
fomite peccati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

## ARTICVLVS I I.

Vtrum in Christo fuerit Fomes  
peccati?

Fomes  
quid.

**R**espondet Negatiuē. Notandum est; **F**omitem nihil aliud esse nisi inordinatum inclinatōnem, non tantū appetitus sensitiū (vt quidam volunt) sed omnium virium anime, quo de libertate participant; vt intellectus, voluntatis, imaginativa, & appetitus sensitiū ad motus præter vel contra legem rationis; que inordinata inclinatio prouenit immediatè ex priuatione iustitiae originalis, mediārē verò ex peccato: vt patet ex Concil. Trid. sess. 5. Vnde, suprà vires animae nihil addit, nisi hanc imperfectionem; scilicet, posse potentia propinquā præuenire rationem, & moueri contra vel præter eius dictamen. Quia imperfectione, quatenus prouenit ex ipsa nuda natura, non constituit fomitem, sed est naturalis conditio; vt ostensum est in 1. 2. tract. de. Peccato originali. Verum habet rationem fomitis quatenus ex priuatione iustitiae originalis, quæ hanc imperfectionem quodammodo sustulerat, est restituta. Simili enim modo alia quoque imperfectiones naturales, vt Mortalitas & Ignorantia, factæ sunt pæna peccati originalis.

**N**on fuit  
in Christo.  
His positis; Respondeo, in Christo neque fomitem, neque illos motus fomitis fuisse. Est si de tenendum.

Probatur Primò, Ex Scripturis citatis articulo superiore: ex quibus constat illum non potuisse peccare. At si habuisset fomitem, potuisset peccare secundum legem ordinariā; inò reip̄a peccasset, permittendo in se prauos motus. Item, Christus est conceptus ex Spiritu sancto, & natus est ex Virgine: ergo non habuit fomitem.

**N**ec Motus  
primè  
primis.  
Probatur Secundò, Quia Patres docent in Christo nullos fuisse motus inordinatos, quos vocamus Primò-primos. Ita D. August. de corrept. & gratia cap. 11. vbi docet in Christo non fuisse ullam pugnam carnis & Spiritus: & lib. 2. de Peccatorum meritis & remiss. cap. 29. In illo erat similitudo carnis peccati, non autem caro peccati. D. Leo Epist. 11. quæ est ad Iulian. Nihil carnis sua habebat aduersum; sensus corporei vigebant sine lege peccati. Ide docet Damascenus lib. 3. de fide cap. 15. 20. & 23. Et omnes Theolog. in 3. pafsim dist. 15.

Probatur Tertiò, In Adamo non fuissent tales motus, nec fomes peccati; & in beatis non erunt: ergo nec in Christo fuerunt. Patet consequentia; tūm, quia ab initio fuit beatus; tūm, quia omnem perfectionem statutus innocentiae, quæ quidē ad virtutem pertinet, habuit.

Probatur Quartò, Fomes eiusque motus proueniunt ex peccato, & inclinant ad peccatum; vt docet Concilium Trident. sess. 5. Christus autem non est conceptus in peccato, nec ullam inclinationem ad peccatum habuit. Vnde ad Hebr. 7. v. 26. dicitur segregatus à peccatoribus.

Probatur Quintò, Christus venit ad destruendam legem fomitis & peccati. Ut patet ad Roman. 8. ad Galat. 3. & 4: ergo non debebat assumere.

Ratio est; Quia Christus considerabat omnia, & preuidebat à quibus eius vires moueri possent; & habebat supremam circa illas potestatem: ergo

non poterat in illo villus excitari motus, qui aut contra rationalem voluntatem esset, aut ratione præueniret.

Dices: Christus est tentatus per omnia pro similitudine absque peccato: ad Hebr. 4. v. 15: ergo etiam per motus concupiscentie seu fomitis.

Respondet D. Thomas infra quæst. 41. art. 1. Motu in. ad 3. Negando Consequent. Quia talis tentatio ordinari non est sine peccato, saltem veniali. Sed hoc non est vniuersè verum: motus enim concupiscentia, peccata, si voluntas nullo modo consentiat, non sunt villi peccatum; vt docet exprefse Concil. Trid. sess. 5. In nobis tamen sāpē tales motus non sunt absque aliquo peccato; quia sāpē interuenit aliqua negligentia voluntatis in cauendis vel repellendis. Si tamen hosce motus possemus perfectè cohibere, vt non insurgerent, semper essent peccata. Vnde cùm Christus possit illos perfectè impeditre, absolutè verum est tales motus in ipso non potuisse esse sine peccato. Et sic intellige D. Thomam. Addo; non solum propter peccatum, sed etiam ob indecentiam oportuisse vt Christus nullam tentationem internam, non solum in appetitu, sed ne in imaginatione quidem admitteret.

## DVBIVM I.

Per quid sublata est inordinata inclinatio vi-  
rium, & omnis inordinatus motus in Chri-  
sto, cum hac in nuda natura absque peccato  
futura sint?

**R**espondeo; Primò, Per habitus virtutum, tum naturales, tum supernaturales, quibus pars superior erat conformis diuinæ legi, eique fomes sub. perfectè subiecta in actu primo & per habitus vir- tuuti superuenientes, quibus appetitus inferior planè conformabatur superiori. Sed hi habitus, eti perfeccissimi in Christo fuerint, non sufficiunt ut nullus motus rationem præueniat. Ideo, Sc- cundò loco addenda est continua superioris rationis vigilancia, per quam omnes tales motus poterat præcavere. Tertiò, per facultatem quan- dam Animæ, quam habebat; tum quia Beata, tum quia Verbo unita; quā perfectissimè omnes vires Animæ, quoad usum earum, habebat in potestate sua voluntatis.

## DVBIVM II.

An penitus fuerit impossibile, ut Verbum assu-  
meret naturam cum fomite peccati?

**R**espondeo; Omnino fuisse impossibile; tum, quia fomes est inordinata inclinatio orta ex peccato, & inclinans ad peccatum; tum, quia in illa natura non poterant esse aliqui motus prauos: tales enim motus in supposito, quod illos per voluntatem superiorum potest impeditre, non sunt sine peccato.

Dices; Poterat assumere naturam nudam: ergo vires & quæ inordinatas in actu primo, ac in nobis assump-  
tis, sunt, excepta culpā. Respondeo; Negando Con-  
sequentiā. Quia in nobis, ob priuationem iustitiae originalis, & ob naturale imperfectionem, quæ nullo alio dono compensatur, sunt ve-  
luti proximè disposita ad motus prauos: at in Christo haec naturalis imperfectio virium nec-  
fariet.

## Qu. 15. De defectibus Anima à Christo assumptis. A. 3.4.5.6. Dub. 93

sario fuisse suppleta per assistentiam diuini auxilij, que illam non permisisset in malum ferri: & ita in actu primo non fuisse inordinata.

### ARTICULUS III.

#### Vtrum in Christo fuerit Ignorantia?

<sup>13</sup> Ignorantia quid.  
**R** Espondetur Negatiue; In Christo nulla fuit Ignorantia. Notandum est; Et si humanitas Christi non sciat omnia quae scit Deus, non tamē id est in illā aliqua ignorantia. Nam Ignorantia proprie est carentia cognitionis, quam aliquis secundum suum statum & conditionem deberet habere. Et hanc omnem habuit Christus, ut supra q. 9. dictum est. Nam habuit omnem cognitionem naturalem, ad quam lumen naturæ se potest extendere. Habuit etiam cognitionem supernaturalem omnium diuinorum mysteriorum, futurorum contingentium, & secretorum cordis, tam in proprio genere, quam in Verbo; & quidem ab initio conceptionis. Et hoc communiter sentiunt Patres; vt supra ostensum est.

### ARTICULUS IV.

#### Vtrum Anima Christi fuerit Passibilis?

<sup>14</sup> Anima Christi dicitur erat passibilis.  
**R** Espondetur Tribus Conclusionibus. Prima: Anima Christi fuit passibilis passione corporali; id est, poterat affici voluptate & dolore corporis; nempe per tactum & gustum.

Secunda: Erat etiam passibilis passione animali. Nam in Christo erat appetitus sensitivus, & vis imaginatrix, quam tristitia vel leta posset apprehendere.

Tertia: Iste affectiones aliter erant in Christo, aliter in nobis: idque quoad tria. Primo, Quia in Christo non ferebantur ad aliquid illicium. Secundo, Non præueniebant iudicium Rationis. Tertio, Non trahebant umquam voluntatem.

### ARTICULUS V.

#### Vtrum in Christo fuerit Dolor sensibilis?

<sup>15</sup> Fuit in eo dolor sensibilis.  
**R** Espondetur affirmatiue. Ratio est; Quia in ipso erat laesio corporalis, que est obiectum doloris. Item fuit sensus laesionis, qui est veluti applicatio obiecti. Atqui his positis necessariò in appetitu resultat dolor.

In Responsione Ad primum, Notandum est; Et si Caro Christi secundum se passibilis fuerit, & subiecta necessitatibus patiendi; tamen hoc nullo modo redundabat in ipsum Verbum, nisi per communicationem idiomaticū. Verbum enim manebat in se omnino impatibile, immo ipsa quoque caro, quatenus unita Verbo, intrinsecā viua quodammodo impatibilis erat, ut flagella, ceteraque externe impressiones non possent dolorem excitare, nisi Christus illum sponte admitt-

teret. Et hoc vult Hilarius lib. 10. de Trinitate, ut recte D. Thomas exponit. Vide eundem Hilarium in Psalm 68, in principio, ubi sic ait: Uniusarum igitur passionum humanarum sorte personis, secundum suscepas infirmitates nostras loquitur; & dolet ipse quidem extra necessitatem timoris positus & doloris; sed his tamen se qua suscepit accommodans, &c.

### ARTICULUS VI.

#### Vtrum in Christo fuerit Tristitia?

<sup>16</sup> Tristitia in appetitu sensitivo.  
**R** Espondetur Affirmatiue, fuisse Tristitiam in appetitu sensitivo. Ratio est. Quia tristitia obiectum, est malum aliquod, sensu interiori appetitu sensitivo apprehensum, ut noxium. Atqui Christus sic portaverat apprehendere quādam mala, tum sua; ut passionem & mortem: tum aliorum; ut peccatum Iudea, afflictionem discipulorum &c. Neque huic tristitia obstabat gaudium visionis beatificæ; quia hoc non sinebatur in appetitu inferiorem exuberare; ut ait Diuus Thomas in Corpore. Sed est

### D V B I V M.

#### Vtrum in eius Voluntate fuerit Tristitia?

<sup>17</sup> Habuit Tristitiam in Voluntate.  
**R** Espondeo; Omnino certum est, etiam in Tristitiam in appetitu rationali tristitia fuisse, & non solum in sensitivo. Est communis Doctorum dist. 15. ubi Scotus, Duran, Gabriel: te ratione vel dist. 16. ubi Gabriel. Idem tenet D. Thomas hic, & infra quart. 18. art. 6.

Probatur Matth. 26. v. 38. *Tristis est Anima mea usque ad mortem.* Quod potissimum intelligendum est de tristitia voluntatis; ut patet ex Synodo VI. act. 4. & 11. Vbi ex hisce verbis probatur in Christo fuisse humanā voluntatem. Idem docent Patres: Hilarius canon. 31. in Matth. & Hieronymus in caput 26. Matthei, ubi explicit causas ob quas Christus doluit; scilicet damnationem Iudea, Petri negationem, scandalum Apostolorum, & similia. Quia omnes ad voluntatem pertinent, immo aperte dicunt illum non esse tristatum ob mortem; quod intellige principaliter: fuit tamen secundaria causa. Et ratio est; Quia in Christo fuerunt omnes defectus naturales innoxij, seu inculpati; ut ait Damascenus l. 3. c. 20. Atqui naturalis tristitia, etiam voluntatis, est defectus quidam non repugnans perfectioni gratie & scientie; & magis conferens ad redemptionem nostrā, quam tristitia partis sensitivæ: ergo non minus est hac ponenda, quam illa. Deinde; Quia Christus per voluntatem ipsam, quatenus natura est, horrebat & fugiebat mortem; ut infra dicetur. Atqui ex hoc naturaliter sequitur tristitia in eadem voluntate.

Sed contra Objetetur: Voluntas fruebatur summo gaudio beatitudinis: atqui cum summo Tristitia cum summo gaudio possit compiti.

Respondeat Melchior Canis lib. 12. de locis rebus. Christum tempore passionis miraculo suspendisse gaudium beatificum, ut perfectè posset tristari. Sed haec sententia non Canis sententia non res iusta ratione possit esse. Primum,